



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Delegatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

grauissimum,) priuatus est executione Ordinis, & beneficio, & priuilegio Clericali: itaque potest per Iudicem sæcularem puniri; nec qui eum percutit, est excommunicatus.

*Syl. Degradatio nu. 8. Tol. l. 1. ca. 17. nu. 10.

2 Degradatus, à solo Papa restituitur.

*Syl. l. c. num. 11. Tol. l. c. num. 13.

3 Non solet degradari, nisi qui est in sacris: potest autem degradari quicumque in crimine aliquo est incorrigibilis.

*Vide Syl. l. c. nu. 1. & 3.

*Delectatio morosa, vide Luxuria;
Peccatum.*

Delegatus, vide Gratia.

1. **D**Elegare potest quiuis Ordinarius, id est, habens potestatem ordinariam, & dare potestatem subdelegandi. Potest etiam delegatus Principis, nisi ei committatur nudum ministerium, & non ipsa potestas: & subdelegatus delegati Papæ; itemque Vicarius Prioris, seu Guardiani absentis, est enim uelut Ordinarius; & Vicarius Episcopi generalis; denique is cui tacite id concessit qui delegauit.

*Lege Fum. Delegatio nu. 1. 2. Syl. 10.

Potest? Syl. l. c. nu. 10. {Vicarius} Fum. l. c.

2 Potest Prælati delegare priuilegium, quod habet ratione officij absoluedi subditos, & cum eis dispensandi.

*Vide

*Vide Syl.l.c.nu. 11. *distinguentem.*

3 Delegati iurisdictio re integra, morte delegantis, aut alio modo eius cessante iurisdictioe, expirat, etiamsi sit data ad eius beneplacitum, c. si gratiose de rescrip. lib. 6. Secus si causam coepta sit, vel iurisdictio data per modum legis, & non ab homine. Sil.V. delegatus. q. 6.

*Menoch. de arbitr. l. cent. 2. casu 185. num. 40. Richar. 4. d. 18. art. 4. q. 5. Sanchez de matrim. l. 3. d. 30. num. 11.

Addit 3 Delegatus à Principe ad ea, quae soli Principi reseruata sunt, vices suas alijs committere nequit Couar. l. 3. c. 20. var. res. nu. 10.

Regula est c. Cum causa, de appel. Non nisi delegatus à Principe potest subdelegare: at in c. Cum Bertholdus, de sent. & re iud. Delegati Archiepiscopo delegarunt alijs vices suas. Hæc iura quæ inuicem pugnare videntur considerat doctissimè Couar. l. ca. nu. 11. Vide Sanchez de matrimonio l. 3. d. 31. Vbi multa de delegatioe.

4 Ante certificationem de reuocatione non expirat reuocata à delegante delegatio.

Delictum, vide Crimen, Peccatum, Denunciatio.

1. **D**Enuntiare iussus per edictum generatur quam primum potest, nisi post illum terminum sciuisset. Vide EXCOMMVN.

*Nau. Addit. potest. culare. comm. men de. art. 1. co. de off. 1. dicit, q. testis su. e. 25. nu. denunt. Hære. ris den. Nau. l. c. Cum hæretic. are, nisi. 4. c. 5. nu. e. 25. de

1. **D**E
C
*Vide
degrad.
& digni.
2. Dep.
adulteri.
etiam c.